



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

Proemium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](#)

2 IOAN. HONORII SUMMÆ IN DECRETAL.

12. *Decretales sunt rescripta quibus summus Pont. ad consultationem alicuius respondet.*
13. *Gregorius Papa IX. compilauit decretales.*
14. *Fideles de necessitate salutis subsunt summo Pontifici.*
15. *Ius Canonicum constat constitutionibus, re-scriptis, & consuetudine.*

PROOEMIUM.



CRIPTURAS breuem Enarrationem in quinque libros Decretalium, accomodataam Sacri Concilij Tridentini decretis, Deum optimum maximum humiliter precor, ut intellectum meum dignetur illuminate, lectorum monitum cupio, † ut degustatis Imperialibus Institutionibus, ad huius opusculi lectioinem accedit, in quo omisi, aut breuiter attigi titulos qui in Imperialibus Institutionibus suis explicantur, † quia vti leges Imperiales sacras & diuinas regulas non dediantr sequi. *Auth. vi clerici apud proprios episcopos §. neque enim volumus c. clerici de iud. c. euphemium §. 1. vers. de ea 2. quastion. 3. c. fin. in fine de secund. nupt. c. sane §. sed sicut is, quast. 3. c. lege §. fin. 10. dist. ita sancta mater Ecclesia venerandarum legum Romanatum c. 1. 30. quast. tercia, non respuit facultatum, c. super specula, de priuilei. c. 1. de nou. oper. nunt. c. in audience, de sent. excom. dist. 10. in summ. & per tot. etiam in causa spirituali, c. in audience & ibi Pan. in 5. not. de sent. excomm. ac interdum mitigat rigorem iuris Civilis. c. 2. de adult. & stup. c. pessimum in fin. & ibi gloss. fin. 23. quast. 8. Deo auctore rem aggredior, seruato ordine titulorum Decretalium, iuxta præceptum summorum Pontificum, qui cum Constitutiones aliquas promulgabant nouiter, eas mandabant sub antiquarum serie seruari. §. quem librum in proam, lib. 6. † Hinc eundem habent titulo-*

rum ordinem Decretales, liber sextus, Clementinæ, Extraug. Ioannis XXII. & Extraug. communes, † Connumeratur inter leges canonicas liber decretorum, editus anno 1150. gloss. in c. post appellationem, §. forma in verb. 1161. 2. quast. 6. quia approbatus fuit per Eugenium Papam III. & à populo, & publicè legitur in scholis, & facit plenam fidem: Pan. in c. 2. in fine & ibi Felic. 2. 44. de re-script. Marant. in spicul. part. 3. nu. 34. dividitur in distinctiones, quarum sunt centum & vna; causas quæ sunt triginta sex, & per modum positionis formantur, & sub eis variae quæstiones explanantur, sub 33. causa in 3. quæstione interimiscetur tractatus de penitentiâ per septem distinctiones: post 36. causâ ponitur tractatus consecrationis per quinq; distinctiones, glossa in singulis rubricis decretalium notat decreti loca, in quibus materiæ titulorum tractantur. Ac præmitto † quod duo sunt genera Christianorum, est s. vanum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit; ut sunt Clerici & Deo denoti. Aliud genus est Christianorum, ut sunt laici, quibus concilium est, vxorem ducere, terram colere, oblationes super altaria ponere, decimas reddere. c. duo sunt genera 12. quast. 1. † Ius diuinum est, quod lege continetur, 6. & euangelio, cap. 1. §. haec sancta & §§. seqq. de summa Trinit. atque immutabile tempus permanet, & fas vel ius naturale appellatur, quo quisque iubetur alij sacere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri, c. 1. & 2. dist. 1. † Ius canonum est ius quod Christianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigunt; Proœm. decret. in princ. dist. 3. in sum. & c. 1. & 2. † nam 8 leges positivæ, gloss. 1. in c. que in ecclesiistarum de constit. c. de capitulis & cc. seqq. dist. 1. o. & Canonones.

L I B E R P R I M U S.

mones seruandi sunt, in foro conscientiae, cap. 1. & c. nam concupiscentiam de constit. c. nulli 19. dist. c. illud & ibi Pan. in 3. notab. de maior. & obed. c. sicut dignum de homicid. cum distinctione, an sint consilii, vel pracepti, gloss. in c. generali in verbo inhibemus de elect. in 6. c. fin. 14. quast. 1. ¶ tuam si ex causa aliquid statuant contra ius naturale, vt in usucapione, prescriptione, Macedoniano, Velleiano, Pan. in c. quia plerique nu. 25. & seqq. de immunit. eccl. & ibi Can. & ligant delictum omnino occultum: Clement. 2. de haret. nili canon distinguat, inter forum penitentiale & iudiciale, c. tua de sponsal. ut actione l. Aquilia tenetur dans damnum culpa leuissima, l. in l. aquilia 2. ff. ad l. Aquiliam, in foro conscientiae non tenetur de damno, sed imponitur penitentia de negligentiâ: Innocent. in d. c. sicut dignum post n. 4. & 5. Pan. in c. 1. n. 11. de constit. ¶ sed lex vel canon non seruantur in foro conscientiae, si inducant penam: c. fraternitas 12. quast. 2. arg. 1. si pancaus aff. de cond. indeb. vel fundentur super presumptione, fictione, consuetudine, quae non sint veræ: c. is qui fidem & ibi Pan. de sponsal. c. veritate & seq. 8. dist. c. inquisitione de sent. excomm. c. cum aeterni de re iud. in 6. aut requirant solemnitatem, quae non fuit seruata in actu, ut haeres non conficiens inventarium, non tenetur in foro conscientiae ultra vires hereditarias, nec ad usurpas extortas per testatorem, si in veritate non est in hereditate; ex minus solemnni testamento debeatur legata; electio valet in qua interuenit consensus eligentium absque alijs solemnitatibus; ex contractu nullo ob defectum solemnitatis licet res retinetur; Pan. in d. c. quia plerique nu. 28. 31. 41. & 43. & ibidem Can. Pan. in c. 1. n. 19. de in integr. restit. Felin. in c. 1. nu. 39. & seqq. de constit. & ibidem Can. Pan. in c. 1. nu. 10. de constit. Franc. in c. quanquam num. 9. & 10. de usurp. in 6. & ibi Canon. hereditate non adi-

ta debentur legata pia: Pan. in c. relatum post nu. 6. de testam. ¶ idem obtiner quando lex 12 effet iniusta ex fine, vt si princeps eam edidit propter suam vilitatem: c. erit autem lex dist. 4. velex auctoritate, si excedit metas sue potestatis: c. vt animarum de constit. in 6. l. fin. ff. de Iurid. omn. Iud. vel ex formâ, quia non distribuit æquè onera subditorum, sicut debet facere bonus pater familias: sive nutritua peccati. Pan. in c. 1. num. 9. de constit. & ibidem Felin. num. 4. vers. secundus casus. ¶ Decretales 13 sunt rescripta quibus summus Pontifex ad consultationem alicuius respondet, sive loculus, cap. 1. de rescript. sive de consilio, c. bon. mem. mag. de elect. vide gloss. mag. in sum. 3. dist. Felin. in c. consulere in princ. de sim. Compilauit libros decretalium sancte memorie & Gre- 13 gotius Papa IX. per sanctum Raymundum suum penitentiarium. §. sane in proem. & O- 14 mnes fideles de necessitate salutis, subsunt summo Pontifici Romano, qui habet utrumque gladium, iudicat omnes & à nemine iudicatur. Extra ag. 1. de maior. & obed. in communib. c. episcopo §. sola & cc. seqq. 9. quast. 3. ¶ Constat ius canonicum constitutioni- 15 bus, rescriptis, consuetudine.

De summâ Trinitate, & fide
Catholica.

Titulus I.

S V M M A R I A.

1. Trinitas unum est universorum principium.
2. Unde dicatur.
3. Fides definitio, & in quo consistat.
4. Fidelium una est universalis ecclesia.

Hæc rubrica præmittitur, quia ¶ Tri-
nitas, unum est universorum principium: ob majoritatem & prioritatem, Summa dicitur. ¶ Trinitas dicitur, quia licet una sit,

A. 2. sub-